

us ipso. Ideo aliter potest diffiniri. Genus est super quod non est aliud superueniens genus. Ubi subintelligitur genus diffiniri quod est uel et per se remouetur chymera et alia entia ficta. Sciendum secundum quod genus generalissimum dupliciter exponitur scilicet negative et affirmative. Negative exponitur sic. Generalissimum est generale et nihil est generalius quod potest dupliciter intelligi. uel quod sit generalius omni alio simpliciter. uel est alio de suo ordine generalius. Tunc si exponitur generalissimum affirmative. et intelligitur quod sit generalius omni alio simpliciter. sic suba non est genus generalissimum. Ipa enim non est omni alio generalior. quia si esset generalior quantitate tunc quantitas non esset genus generalissimum. et tunc oporteret ponere tamen unum genus generalissimum. Sed si exponitur negative uel affirmative cum illa restrictione quod sit omni alio de suo ordine generalius et sic suba bene est genus generalissimum. Et sunt alia predicamenta. et sic capitur huius generalissimum diuiditur in decem genera generalissima que sunt suba quantitas et de quibus determinabitur in predicamentis. et dicuntur illa generalissima. quia non habent aliquid genus super se. Et hoc genus generalissimum diuiditur in decem predicamenta non tamen est genus ipsum. sed est solus interior cois que de ipsis predicantur accidentibus. et hoc ens predicatur de omnibus istis. non tamen est genus ipsum quia non predicatur de ipsis uniuoce. Nam omne quod predicatur uniuoce oportet quod predicetur per unum nomen et unam rationem equaliter participata a multis. Sed ratio entis que est habet existentiam uel habet actum essendi non equaliter participatur a decem predicamentis. quia actus essendi conuenit primo sube et per subam solus alijs scilicet accidentibus. et non uenit ipsis per se. Sunt habet existentiam uel actum essendi sube que alijs. Item omne genus diuiditur per duas formales oppositas que sunt extrinsece entia generis. scilicet ens

non diuiditur in decem predicamenta per duas formales que sunt extrinsece naturae entis. ut habetur quarto topicorum. quia tunc essentia non entia. *pb. 1102*
 Potest notens non constituit species sub ente. Ideo ens non habet duas formales. Nec est genus ad decem predicamenta. sed est conueniens analogum. Sciendum quarto quod genus sub alterum dicitur quod cum sit genus potest esse species. Cuius ratio est quia subalternum mediat distinctione uel ratione ordinis inter generalissimum et specialissimum ratione cuius habet duplicem respectum. Primum habet respectum generalissimi quod est sibi superius. Et ab illo habet quod dicitur species secundum habet respectum suorum inferiorum a quibus dicitur genus. et sic habet dicitur quod cum sit genus potest esse species. Et dicitur subalternum quasi subalternari sub et super positum. scilicet positum formale. Et non dicitur subalternum. quia est sub altero positum quia tunc species specialissima diceretur subalterna. Et per se patet diuisiones generis. et distinctiones membrorum eius. et diuisiones generalissimum. Contra predicta arguitur primo sic. Omnis diuisio generis fit per duas oppositas species eius. si ista diuisio generis non fit in species eius cum generalissimum non potest esse species. ergo illa diuisio non est sufficiens. *¶* Secundo sic. Omne quod potest habere esse determinatum per duas potest esse species. sed genus generalissimum est huiusmodi. quia suba habet esse determinatum per rationale ad rationem. ergo generalissimum potest esse species. Tertio sic. Quod dicitur per superabundantiam unum soli rei conuenit huius generalissimum dicitur per superabundantiam. ergo non potest esse decem genera generalissima. Quarto sic. Omne quod predicatur in quid et est cuius altero est genus secundum ens predicatur in quid de quibus decem predicamentorum et est cuius ipsis. quia si inquiratur quid est suba conuenit tamen deus. genus est genus ad decem predicamenta. *¶* Quinto sic. Opposita nunquam potest esse in eodem. sed genus et species sunt opposita secundum eorum intrinsece conueniens subalternum non est sicut genus et species. Ad primum dicitur quod dupliciter dicitur diuisio generis. Uno modo ratione modi diuisionis